talium, quem ipse edidit, duriter re-
prehendit. Unde creditur, si diutius vixis-
set, ipsum excommunicasset. Deinde
imperium vacavit ad biennium

Post m et tria c. Mortuo heinrico sep-
timo imperatore cum sedes imperii
in secundum annum vacasset, princi-
pes electores in unum congregati duos
reges discorditer elegerunt: fridricum,
ducem austrie, et ludowicum, ducem
bawarie, filium amite sue XII kal.
novembris. Anno domini MCCCXVI
fridricus in odium ludowici civitatem
esselingen cum exercitu copioso
potenter obsedit ex eo, quod ludowicum
pro rege habebant, qui saniorem habe-
bat electionem, sed nichil agendo in
vanum recessit. MCCCXVII fridricus ite-
rum esselingam civitatem obsedit,
quos ludowicus potenter defendens
cum rege bohemie, episcopo treveren-
si et cum aliis principibus sibi adhe-
rentibus. Et tunc facta est pugna
ante esselingen, in qua ex utraque
parte multi corruerunt. MCCCXXII
fridricus in terminis bawarie in vigi-
lia sancti michahelis in pugna, in qua
plures de suis occiduntur, capitur,
ex utraque autem parte MCCCL pro-